

/ Ill/me ac R/ disse Domine

Hac occasione, qua R/dus Dominus Laurentius Petrangelus, Sere-
nissimi Principis nostri sacellanus et consiliarius, istuc proficis-
catur, ut negotium, de quo ad Sanctiss. D.N. scriptum est, curet, fa-
5 cere nec volui nec debui quin hisce Ill/mae ac R/mae D.V. faustis-
sima a Deo omnia precarer, meaque humillima in Deo officia et pre-
ces, licet indignas, offerrem, simulque obnixè rogarem ut si Sanctis-
simus (quod admodum credibile est) negotium jam indicatum cum ea
communicet, in id totis incumbat viribus, ut Ser/mo nōstri voto sa-
10 tis fiat, mihi in conscientia credens rem nonnisi ad maximum Dei ho-
norem, quem in omnibus quaerere studiose debemus, tendere, et ad
commune animarum bonum. De statu rerum Palatini nostri catholici,
quae coram referret Ill/mae ac R/mae D.V., supra Domino Laurentio
commendavi. Itaque aliud modo non occurrit nisi quod me Ill/mae ac
15 R/mae D.V. sanctissimis ad Deum precibus ac SS. Sacrificiis demis-
sissime obnixissimeque commendo. Monachii 18 Aug. an. 1615.

Ill/mae ac R/mae D.V.

Indignissimus in Christo servus

Joannes Buslidius.

20 (adresse): Ill/mo ac Reverendiss/o Dnō, Dnō Roberto Bellarmino, S.
Rom. Ecclesiae Cardinali et caet. Dnō meo colendiss/o
Romae (cachet)

Arch.Vatic.Mss.Gesuit.18 fol.80. Orig.